Ecce Radicem banc indicavit Abigail per id, quod dixit & erit Ani-
ma Domini mei ligata in Fasciculo Viventium cum Deo tuo, qf. d. quod
adhesura sit causa Prime que est Deus benedictus, non intelligentia
agendi.

V. Rad.

S. 10. Doctrina V. quod Anima non in vita corporali, sed in altera
apprehendat gaudium, gaudium excellenissimum, utpote Deum bene-
dictum, i. e. eterna Majestatis divine apprehensione fruatur & dele-
ctetur. Annedit & hoc : quod justi sedeant, & Corona super capitibus
eorum, & fruantur splendori Majestatis divine. ubi intelligi volunt per
Coronam merita eorum & opera eorum bona. Per splendorem autem
Majestatis divine emanationem & apprehensionem eternam, qua fru-
untur & delectantur, sicque concludit, Hoc indicavit Mulier laudabilis
iterum per hoc, quod dixit : Et erit Anima Domini mei ligata in Fa-
sciculo Vitæ, qf. dicat, in fasciculo apprehensionis & emanationis,
qua

qua vocatur Vita , aut in congregatiōne intellegentiārum separata-
rum , quae vere viventes .

§. 11. Radix VI. est , Quod Anima & piorum & impiorum super- VI. Raz.
maneant , post mortem , vel ad accipiendo premium , vel ad accipien-
dum penam , illorum reponantur in Thesaurum Dei , horum ejiciantur
in Terram. Clausula : Hoc eſt , quod dicit Abigail Davidi in Spiritu fol. 65.
S. Et erit Anima Domini mei ligata in fasciculo vitarum cum Iēboā col. 5.
Deo tuo , at animam inimicorum tuorum proieciet in medio vole .

§. 12. Doctrina VII. & ultima est de quiditate pene Impiorum , VII. Rad.
nempe quod anima impiorum ad combustionem atque dolorem da-
mnatur eternum . Digna est , quae translata Latine hic tota inseratur .
Hec doctrina est , quod pena eorum non sit interitus & privatio sim-
plex , sed sit pena maxima & dolor eternus . Cuius quidditas non est
comparabilis cum hac vita , idque propere , quia ibi subjectum subtile
est spirituale receptivum maxime ejus quod ipse accidit . Invenimus ,
idem sensisse Sapientes nostros p. m. quorum quidam dixerunt , quod
(peccatum impiorum) sit ignis tenuis , subtilis , puniens in summo gradu .
Verba ipsorum sunt : Ignis , quem nos habemus , est unus ex sexaginta ,
qui in Inferno sunt . Sic appellariunt penam istam propere , quod
(impiorum) condemnantur ad combustionem , bujus u. ignis sit subtilissimus ,
inter causas cooperantes , anima vero sit spiritualis & subtilis , si respe-
xeris crassitudinem essentia ejus . Differunt etiam gradus prevaricatorum
per hoc ipsum . Nam quidam condemnantur in decem Menses , qui-
dam vero condemnantur in generationes generationum , quemadmo-
dum extat in Tractatu de principio Anni . Eademque etiam fuit sen-
tenta Rambanis de reliquis retributionibus , quas habet . In Capi-
tulis vero Rabi Elieseris dixerunt Magistri nostri ; quodnam est dis-
crimen inter animas iustorum & animas impiorum ? R. Elieser dicit :
ופשׁוֹת שֶׁל צְדִיקִים גָּנוֹנָה תְּחִתָּה כִּסֵּא הַכְּבוֹד וְנִשְׁמָתוֹן שֶׁל רְשִׁيعִים
ופשׁוֹת שֶׁל צְדִיקִים גָּנוֹנָה תְּחִתָּה כִּסֵּא הַכְּבוֹד וְנִשְׁמָתוֹן שֶׁל רְהֹלְכָרָת תְּרֵר
quietem : quia dicitur : וְרוּחַ נֶפֶשׁ אֲדוֹנִי צְרוֹרָה כִּצְרוֹר חֲרוּם
אתה אלקייך וְאתה נֶפֶשׁ אֲיוֹבִי יְקַלְעַנְתָּךְ בְּתוֹךְ כַּף הַקְלָעָ
g. d. Quod sicut lapis in funda morum habet mixtum , modo sursum , modo
deorsum , modo rectum , modo circularem , prout agit torquens illum
juxta istam motus mixturam , sic res se habeat in mundo animalium
quoad animas impiorum respectu contorsionis & confusione causata
a necessitate , qui punit eas . Et hic dolor est ipsi ineffabilis , propere
quod

quod moventur & dimoventur ab uno malo egrediente e natura ea-
rum in malum aliud, nec tamen finiente. Siquidem pena ipsorum durat
usque dum consummabitur tempus destinatum pana eorum, modo par-
vum, modo magnum, modo eternum, prout decrevit sapientia divina.
Hoc indicavit Mulier nobilissima ore suo proferens mysteria, quando
dicit: *Ali animam inimicorum tuorum projicet in medio voe funde.*
Ubi nota, quod dixerit, in medio voe funde. Nam in hoc etiam non
erit similis anima inimicorum ejus lapidi, quod licet motus omnis eius
sit mixtus intra fundam, nibilominus exeat inde, acquiratque sibi locum,
in quo quiescat, tq. loco sibi naturali; *Cumque anima impii non ira sepe
habitur a se, squidem, funda torquebit eam, pena ejus, & eternum*
erit in medio voe funde; ira ut non exeat inde, nec veniat in locum
suum, aut inventias quietem voe pedis sui. Ecce, inquit R. Abarbanel,
babes septem Radices sive doctrinas istas, que comprehenduntur in di-
R. Simeon dicit hoc; Ubi ostendit Tibi super lapide uno septem oculos. Atque hoc est,
in Ialkut quod docet Spiritus JEHOVAE, qui locutus est per eam (Abigail)
id est, & sermo ejus super lingua ejus.

Commen- §. 13. R. Simeon Concionator Francofurt: in JALKUT ad verba
tar. in tot. nostra: *Et erit Anima, &c.* hæc adponit ex doctrina Talmudica atque
Bibl. vario R. Eliesere, cuius verba §. Praec. posta sunt: *quia dictum est;* *Et erit*
& allegori *Anima Domini mei ligata in fasciculo vita cum JEHOVA DEO tuo.*
co. ex va- Quod vero attinet animas impiorum: Angelus unus stat in Extremitate
ris anti- te Mundi una, & alius in extremitate Mundi altera, qui proiecunt eas
quis Li- alter versus alterum: *quia dictum est, & animam inimicorum tuorum*
bris, veluti proieciet, in medio voe funde. Dixit Rabba ad Rab. Nachmanem: In-
Siphra, termediis quid sit animabus? Qui respondit ipse: Si mortui non dice-
Mechilta, rint vobis hanc rem: Nonne dixit Samuel? Tam be (Animæ justo-
Rabbos, rum) quam ille (animæ impiorum) veniunt in manus Dume, b. e.
Tanchu- Angeli mortuis prefecti & traduntr (sive quilibet sorti) sed bis est
ma, Tal- requies, istis vero non est requies.

mud. &c. R. Elieser filius R. Jose Galilei dicit: *Signum hoc est traditum in*
collectio. *manum tuam. Omni tempore, quo homini conceditur vita, anima ejus*
Num. *est deposita in manu Creatoris sui: quia dicitur: Anima omnis viven-*

תְּקִוָּתְךָ
part. 2. l. 19. *tis est in manu ejus. Et quidem si Mortuus est (homo) data est (anima*
col. 4. Edit. *ejus) in Thesauro (Dei) quia dictum est, & erit Anima Domini mei*
Cracov. *ligata in Fasciculo Viventium.* R. Hunna ita: *Quotquot Israëlite mo-*
R. Elieser. *runtur, extra terram (Israël) eorum animæ congregantur in terra*
R. Hunna. *(Isra-*

(Israel) quia dicitur: Et erit Anima Domini mei ligata in Fasciculo Viventium. Omnia vero impiorum anime efficiuntur extra terram, qui moriuntur in terra (Israel,) quia dictum est: At animam inimicorum tuorum proficer in medio vole funde. Faturum enim est, ut Sanetus & benedictus Deus apprehendat alas Terra, & excutiat eam ab omni immundicie, projiciatque illos (impios) extra terram (Israel) quia dictum est: Ad apprehendendum alas terra, ut excutiantur impii ex illa. Verum, Latine detextis Rabbinorum opinionibus atque judiciis varis missis, conferimus nos ad Christianorum sententias, quibus potius mens sana in corpore sano, atque facimus progressum ad

Membrum Tertium.

§. 1. Sicut plerique Judaeorum communiter hanc loquendi formulam de altera vita intelligunt, quod, quamvis pii in hac vita multa acerba patiantur, tamen in altera arctissima necessitudine sint copulandi cum Deo, veluti ex precedentibus constat, nec non ex R. Salomone, R. Levi, R. Kimchio, quamvis R. Jesch. dissentiat: Ita contra I. repetiuntur haud pauci ex Christianis Doctoribus, qui verba loci citati tantum de Conservatione in hujus vita periculis accipienda putant. Confer. D. Franz. (a) ut & Martin. Delrio, (b) quorum iste, fors, inquit, vitas seculi vocat vitam diuturnam, ut a Deo (a) De Interpret. Illigari Fasciculo Viventium idem sit, ac a Deo sedulo & diligenter curari, custodiri & conservari, ne quis vitam (nam Anima hic vitam Script. Sac. banc presentem significat) non modo non admittat, sed ne quidem perturbet, ut indicat oppositio ejaculationis in funda. p. 821. &

§. 2. Putamus, eandem plane sententiam fuisse D. Job. Bugenhagii. seqq. (b) (c) Bene precantis est, inquit, Sit Anima tua servata a Deo in Fasciculo, i.e. numero Viventium. Hoc est, Tu a vita custodiatur a Deo T. Adag. 185 integrar iner vivos, vita autem adversariorum vertigine & rotatu in - Pag. 197. (c) duci Dei intereat, ut nesciant, quo se vertant. Sic D. Hieron. Wellerus D. Job. Bugenhagii (d) arbitratur: Communem tum fuisse, in populo Dei, hanc loquendi con- fuetudinem, haud dubie a Patribus acceptam, videlicet, Deum ita col. Comm. in ligere pios in fasciculum & favere in gremio suo, i.e. verbo, sicut homines solent, id quod sibi charum & antiquum est colligere & adserva. Pbet. Virtute. Voluerunt autem S. Patres bac figurata oratione ostendere juniori- tenb. 1524. bus ac imperitoribus, pios cura esse Deo, ab eoque in magno haberet. (d) Hier. pretio, & conservari ac protegi contra omnes furores Diaboli & Mundi. Weller.

C

§. 3. Comment.
in b. l.

(e) San- §. 3. Eundem seosum facere videtur Sanctius. (e) Fasiculus, in-
etius in b.l. quid, Congregationem significat eorum maxime, qui eodem vite insi-
tuto & morum similitudine convenient. Sic reprobri, quia in morum
studiorumque similitudine consenserunt, in unum fasiculum dicuntur
colligandi & in eundem suppliciorum locum extrudendi. Colligit
(f) Matt. Zizania & alligate in fasiculos ad comburendum. (f) Et Esa. (g)
13. 30. (g) Congregabuntur in congregazione unius fascis in locum, & claudentur
Esa. 24, 22. in carcerem. Quare custodi in Fasiculo Viventium nibil est aliud,
quam inter viventes numerari & a morte eximi, que hominem a vi-
ventium fasiculo dissolvit.

II. Senten- §. 4. Alii vero, quæ II. est Sententia, ad solam circa Electos curam
tia. hunc locum videntur velle pertinere. Quia omnes ferme (meta-
phoras puta Expositorum) eo colliment, quod, sicut vel egregii flo-
sculi ab hortulano colliguntur, vel a Patribus familias alia pretiosa,
singulati cura, in thesaurum colligantur, reponuntur, conservantur,
sarta tectaque ab interitu supermaneant; Ita Deus, providus ille Pater-
familias coelestis, animas piorum atque Electorum, urypote resipso au-
ro fulvo longe pretiosiores, sua ipsius Providentia divina, curaque
paterna, congreget, congregatas conservet, conservatas inter viven-
tes sive Electos numeret, siceque sua manu eas teneat, ne ulla vi disgre-

(b) Job. 10, gentur, nec ipsi extorqueantur. (b) Quin imo nec in morte solvi-
28. Exod. tur ille Dei fasiculus, Morimur Domino, (i) nec in periculis:
23, 22. Psal. protegimur enim a Domino. Rom. 8,

63, 9. (i) §. 5. Et ejusdem plane sententia videtur esse Cornelius a Lapide;
Rom. 14, 8. Fasiculus, ait, Viventium apud Deum est Dei Providentia & Cura,
in qua ipse eos, quorum vitam conservat, q.s. colligatos habet, ne quis
periret. Et paulo post: Fasiculus viventium est Catalogus, vel po-
tius Catus & Concilium Sanctorum Dei Amicorum & Electorum, ad
vitam eternam. Vice versa: Fasiculus morientium est Catalogus
damnatorum ad mortem eternam. Hi enim, inquit Prophetæ Esaïas,
congregabuntur in Congregatione unius fasciculi in lacum. Lapis
vero in funda rotatus, sunt impii & reprobri rejiciendi in gehennam &
mortem eternam, ut sensus vers. 29. i. Sam. 25. talis existat: Si, sc.
Ali David, vitam Nabalo, hosti, condonas, cum ipse suis in reprobris
mortem mereatur; Deus congruam Tibi mercedem rependet, ut uti-
cissim vitam tuam contra omnes te perseguentes, ac præsertim contra
Saulem, tueatur, illamque inter tot pericula securam & longavam diu-
nissime

tissime conservet. Ratio hec est: Res recondita in Fasciculo, sive in ligamine Viventium, quo scilicet ligantur Vite & sive Vivi, ad hoc reconditur, ut illa servetur inter Viros; Res vero, qua ponitur infunda, ad hoc in ea ponitur, ut funda illud ejiciat & ejaculetur. Simili ergo modo Deus rotabit q.s. in funda, vitam inimicorum tuorum, ut antimam eorum e corpore expellat & evibret, eosque mori cogat.

§. 6. Verum in hoc modo dicitus Autor risu excipiens mihi videtur, quod inter alia etiam immisceat suffragia pro defunctis, dicens: Sebastianus Münsterus, licet hereticus, hic, (Serarius addit: Sicut & Deuter. 14.) quippiam notatu dignum afferit pro suffragiis defunctorum, veterique ritu orandi pro mortuis. Per Fasciculum inquit, Viventium intelligent Hebrei solum Majestatis, sub quo, ajunt justorum Animas in seculo alio quiescere. Hinc etiam est, ut in tumulis suis passim insculpent banc sententiam: Anima ejus sit in Fasciculo Viventium! Sicuti, requiescat Anima ejus &c. De quibus Liber, qui inscribitur: Precationes Judeorum pro defunctis, quem vertit Genebrardus. Sed, quae Consequentia? Justorum Animæ sub solio Majestatis in alio seculo quietunt. E, perantiquum pro defunctis precum usum adhibent.

§. 7. Jam vero III. Noster omnium communis Praeceptor Dn. D. III. Sen-Gerhardus, (k) vñ εὐαγγεῖος, respicit particulam אֶת יְהוָה אֱלֹהֵינוּ cum Domino Deo tuo, & statuit, quod Abigail k) D. Gerb. non solum de Conservatione Vita in periculis & persecutionibus, sed Tom. II. etiam de beato Anima Davidis post mortem sicut loquatur. Addit de morte enim, inquit, erit colligata cum Domino Deo tuo, sive ad Dominum, LL. §. 160. Et apud Dominum Deum tuum. Ex quo loco colligit R. Eliezer, Animas p. m. 274. justorum esse repositas sub throno glorie, ac Iudei sepulbris mortuorum inscribere solent: מִנְחָה בְּצֻרוֹ הַרְיוֹם עַמְשָׁר צְדָקָנוֹתָה וְעַמְשָׁר צְדָקָנוֹתָה נְשָׁמָה תְּהִלָּה אֲנָן סְלָה Quies ejus in loculo viventium cum reliquis justis mulieribus Amen, Amen, Amen, Selah. Item: נְשָׁמָה תְּהִלָּה צְרוֹרָה בְּנֵי עָרָן אֲנָן סְלָה Anima ejus sit colligata in horto Eden, cuius mentio fit Gen. 2, 15. (l) Quem Hieronymus Paradisum, Gen. 2, 15. voluptatis vocat, & Cl. Buxtorf. (m) Horrum, in quem Adamus pri- (m) In mus, veluti colonus, a Deo Creatore collocatus est, quisic Hebraice & Lexic. Chaldaice vocatur a Voluptate. Midrasch Coheleth cap. 3, super Chald. Tal-verbis: Quis seit, an Spiritus filiorum Adam ascendat sursum? Sic mud. Rabb. commentatur, (referente Dn. D. Gerhardo) anima justorum repo- p. 1580.

nuntur in Apotheca vel cellario. Heb. צְרוּרָה & אַרְצָרָה Et hoc est,
quod ait Abigail ad Davidem per Spiritum S. dicens: Et eris Anima
Domini mei colligata in Fasciculo Viventium, sive vita cum Domino
Deo tuo. R. D. Kimchi in glossa ejusdem Loci. Cum dicitur אֲתָה רְחוֹן חַדְבָּה אֲתָה בֵּית אֶחָד ad Do-
particula חַדְבָּה ponitur loco לְחַדְבָּה i.e. ad, sicut Jud. 19. ad Do-
mum Jehovae ego vado. Et Hob. 26. יְהִי כָּל כָּל ad quem annuntiatio ver-
n) Galati- ba. Ex quibus omnibus colligit Galatinus: (n) Id quod Abigail per
nus Lib. 6. Spiritum S. Viventium Fasciculum vocavit instar conservatorii
de Arcanis gemmarum vel pecuniae, que in sacculo vel in panno ligantur
cap. 9. servantur, hoc Iudaorum Doctores animarum justorum Apothecam se-
ve Cellarium appellaſſe. Plura vid. apud denomin. Autorem d.l.

§. 8. Et omnino cum D. D. Gerhardo rectius illi faciunt, quibus
& nos nostrum ὑπερβάλλον μέγεθος adscribimus, qui de utraque (prae-
cipue tamen aeterna) intelligunt Vita. Ut haec Phrasis non tantum
significet, Deum hac in vita Davldem vivum & solspitem in peri-
culis conservaturum, sed & post mortem in vita aeterna gaudia re-
cepturum, ratio haec est, quia Deus gratioso suo favore piros non
tantum hac in vita, sed & in futura complectitur, ut hic illa colli-
gatio inchoetur: ibi vero perficiatur. (o) Et Emphasi haud caret,

(o) Vid. Reupius quod dicitur in Hebr. בְּצִיר הַחַיִּים In Fasciculo Vitarum:
Biblioth. Chald. Interpres reddidit: בְּגַנְן חַדְבָּה In thesauro Vitarum
portat. l. 3. eternitatis. Nam Hebraeorum Idiotismus est, Numero pluratio
p. 2. Com- praefantiam & magnitudinem rei indicare. Rectius igitur, inquam,
ment. in b. illi sentiunt, liceat mihi verbis Theologi Magni utri (p) Venerandi
l. p. m. 135. Dn. D. Job. Sebmidi, Praesidis Argentorat: Conventus Ecclesiasti-
(p) Dn. D. ci, deque universa Christi Ecclesia optime meriti, Domini Patroni
Job. & Preceptoris mei fidelissimi, eheu desideratissimi! qui dicunt: Sa-
Sbmidi pientissimam Abigailim, uramque, pricipue tamen future vite felici-
p. m. In tatem divina inspiratione, Davidi policeri; It sensus sit: Si san-
Disputat. Disputat. gvinem innoxium non effuderis, neque te ipsum ultua fueris, adeoque
Theolog. divino obtemperaveris mandato, non tantum ex omnibus vita huius
de Prede- periculis Dominus te liberabit, sed, quod longe amplius est, inter vita
fin. super futura heredes, quos nemo ipsi de manu rapere potest, habebit. Quem-
Dicit. ad Ephes. 1, 4. admodum enim per ejaculationem impiorum & tyrannorum sive ho-
ib. 23. stium Ecclesie in funda, Spiritus S. non tantum innuit, vitam eorum
in terris dubiam, inquietam, brevem, curis & sollicitudinibus ob-
noriam, ac arumiss plenam futuram, sed eosdem tandem male per-
turos,

turos, & a facie Dei, in exteriore tenebras abiecendos: Sic per Colligationem in Fasciculo Vitæ, non solum hujus vitæ commoda, multis permixta incommodis, sed præcipue future vitæ, que deum vera vitæ est, beatitudinem intelligit, hucusque verba nunc in Fasciculo Viventium, sive Eorum, qui soli digni dici vere vivere, colligati & in manu Dei Opt. Max. conservati, jam triumphantis mei B. Schmidii.

S. 9. Addenda istis nervose dicta atque in calamum nostrum su- Dn. D. Se- per Libb. Historicos ante biennium dictata Plur. Rev. & Excell. Dn. bast. Præsidis hujus Dissertationis, Accurati Sacrarum Literarum Inter- Schmidt pretis, Preceptoris atque Patroni mei filiali amore prosequendi: in MSS. Ligatam animam alicuius in Fasciculo Viventium nihil aliud esse, super Libb. quam ita apud Deum in gratia esse, ut a Deo non sit deferenda, sed Histor. in eternum vivificanda & beanda. Ex quibus omnibus tandem noscitur, quid sit FASCICULUS VIVENTIUM, nempe quod alias Dex- tra Dei nominatur, utpote in hac regione morientium gratiofa Dei Definitio. Protectio, qua ab omni periculo & vitæ discriminè securi & tuta esse possumus: In Regione autem Viventium post mortem plorum Collectio, æternaque Salvificatio & Glorificatio.

S. 10. Unde nunc Ihsus Praetios sub finem extrahimus, Quorum Ihsus Pra-
I. Sit Διδασκαλίος. Latet in hac nostra Abigailis gemmula (1) Eticus.
Doctrina de Providentiâ divina circa pios speciali, qua eos aduersus I. Διδασ-
Diabolum & mundum potenter protegit, & in vita hac quoque tem- παλίος.
porali, quantum gloria Dei & Saluti eorum promovendæ prodest, (1)
inter gravissimas persecutions conservat: modo per veram si Doctrina
de am tum fidem, tum gratiam Dei perdant. De ista divina Provi- Providen-
denta, securum reddere voluit Davidem prudentissima Mulier. tia divina.
Nam dehortata est eum a peccato, voluitque, ut in ipso nulla mali-
tia inveniretur, nec sanguinem funderet ex vindicta cupidine, v. 26. (2) Doctri-
na de
Libro Vitæ
* In Disp.
de Praef.
deletio
e Libro Vi-
28. Et tum promisit ipsi, fore, ut, si homo, ex instinctu Diaboli, ad-
versus ipsum surgat, nihilominus Anima ejus sit vincita in Fasciculo
vitæ apud Deum, v. 29. (2) Doctrina de Libro Vitæ: Qui (defini-
ente Excell. Dn. Praefide. *) est Notitia, memoria, decretum circa gra-
tiosam acceptationem & susceptionem in Catalogum filiorum Dei, aut
Civium, aut familiae societatem: Quemadmodum sc. qui hoc in mun-
do per literas arque instrumenta Scripturarum in numerum filiorum
adoptatus,

adoptatus, jus omne filiorum consequitur confirmatissimum: Qui Catalogo civium adscribitur, jus civitatis omniumque privilegiorum ci- vilium adipiscitur: Qui in familiam adscicatur, iuribus familie fruitur. Librum hunc Vitæ in Fasciculo Vitæ sive Viventium habemus. Fasciculum vocat Abigail, in quo ligatae sint animæ eorum, qui Deo grati sunt. Est & Liber fasciculus, in quo Catalogi memoriæ & decreti divini compacti sunt: Ut non immerito passim Theologici Librum Vitæ cum Fasciculo Vitæ, de quo Abigail, contulerint. Est Liber vitæ ejusmodi fasciculus, in quo quisquis est, curare debet, ut in eo ligatus maneat. Non dubitavit prudentissima Mulier, quin Anima Davidis in isto fasciculo ligata esset; Admonuit tamen, ut peccatum omne atque offendiculum declinaret, quo impostorum esset & maneret anima ipsius in eodem Viventium fasciculo.

(3) Doctrina de Predestinatione filiorum Dei ad vitam eternam. De ea, inquam, Prædestinatione, qua Dei Trinitas, aeterni Patis, Fili & Spiritus S. actio est, qua ante jacta mundi fundamenta ex mero beneplacito & gratuito favore, juxta περγυνωσιν in CHRISTO Mediatore, quotquot hominum, Spiritus S. operatione, in ipsum perseveranter credituri essent, ad vitam eternam, in laudem gloriose

Causa Efficientiæ. gratia suæ, ordinavit. Cujus, inquam, Causa Efficientiæ est, Deus Triunus, omnium bonorum πηγὴ, ejusque beneplacitum non artificium & absconditum, sed revelatum, quod D. Apost. Paulus

** Act. 20. testatur dicens: * μαρτύζομαι ὑμῖν ἐν τῇ σῆμερον ἡμέρᾳ, ὅτι καθα-
26. 27. Forma. ρός ἔγει απὸ τῷ ἀμφιλος πάντων, ἐ γαρ ὑπετειλαμην τῷ μη ἀναγ-
γέλαις ὑμῖν πᾶσαν τὴν θελήμην τῆς θεοῦ. Cujus Forma est ipsa Γάζις
& ipse ordo, quem Deus libertima voluntate constituit, & se-
cundam quem homines ad vitam eternam gratiæ deducit. Cu-*

*Finis. jus Finis respectu nostri est ex omnibus vitæ hujus periculis libera-
tio, in primis tamen apud Deum aeterna Conservatio: Respectu
Objetum vero Dei, Laus & Honor gloriose ejus gratiæ, Cujus Objetum
sive Materia circa quam sunt omnes, quotquot unquam ab Eccle-
sia origine ex Evangelio divina operatione Messiam, Salvatorem
Mundi rite agnitus, vera, viva & constante fide sunt amplexi, aut
posthac ad mundi usque finem amplexuri. Hæc, inquam, Prä-
destination, non absoluta alicuius absoluti decreti, cuiusmodi Dor-
dracena*

dracena Synodus in Belgio superioribus annis cudit, in Fasciculo nostro Viventium etiam latet. Est namque, ut supra diximus, Fasciculus Vitæ seu Viventium decretum divinum de iis, quibus vita danda. Atqui vita omnium nobilissima est Vita æterna: Utique ergo etiam divinum decretum factum est de iis, quibus vita æterna danda, & ad quos pertineat. (4) *Doctrina de Certitudine Prædestinationis nostræ.* Hanc nobis innotescere ait Abigail, si in præce^{na} de Cer-
ptis Domini & viis ejus homo incedat. Ita namque argumentatur: *Certitudine*
Si tu, o David, non fuderis sanguinem, non exercueris propriam *Prædesti-*
vindictam &c. Erit anima tua ligata in Fasciculo Viventium apud *nationis*
Dominum. Incede ergo, homo, in viis Domini, & in fide per-
severa: Sic certus eris Prædestinationis tuae. Atque hoc est, quod
etiam D. Petrus vult, quando nos jubet vocationem & electionem
nostram firmam reddere Faciendo ea, in quibus non labimur.

II. Ελεγχτικός

II. Ελεγ-

§. n. Quamvis multæ Doctrinam tum de Providentia, tum de virtutis.
Prædestinatione affligant sectæ; Lubet tamen, ne paginæ excre-
scant, allis hac vice supersedentibus tantum Calvinianorum de Præ-
destinatione Absolutum decretum aggredi; Siquidem æternum
Dei propositum, quod omnes, qui penitentiam vere agunt, & Chri-
stum vera fide amplectuntur, colligare in fasciculum vitæ, justifica-
re, & in gratiam recipere, imo in filios ac hæredes vitæ adoptare
velit, illi audaciter & nequiter pervertunt, dum illos, qui ex ipsorum
mente, per absolutum Decretum ad vitam æternam electi non sunt,
nunquam converti, iustificari, & in filios Dei adiungi dictitant, cum
tamen quandoque inveniantur πρόσωπα, b. e. tales homines, qui
ad tempus credunt, *(ut h. I. David futurus fuisset, si sanguinem in- *Luc. 8.13
noxium effudisset, atque seipsum contra mandatum divinum fuisset
ultus.) Hos tamen iustificari & ad tempus esse in numero Editiorum
Dei, dubium non est, sunt verba Dn. D. Cundisi* p. m. (ut hoc ad- *D. Cundi-
damus.) Nec Ponitici hic inveniunt, quod sibi gratulentur de alio sū in Nois
ψυχοδεχτίῳ receptaculo ac domicilio Animarum post mortem, ad Comp.
si absque fide obierint, quam de tenebriscofo, squalido & abomina- Theol. B.
bili Inferni carcere: nec de quodam honorato ac senatorio, sicut Hutteri.
Bellarminus* Purgatorium mitissimum appellat. Quandoquidem pag. 805.

Seri-

* Bellarm. Lib. 2. de Purgat. cap. 7.

*Scriptura S. tantum duo enumerat, quorum unum animabus piorum
preparatum communissima appellacione vocatur Cœlum (h. I. Fas-
ciculus Viventium,) alterum animabus Impiorum destinatum voca-*

Tom. II X. tur Infernus, inquit supra laudatus Dn. D. Gerh.
LL. de Mor

te p. 274.

III. Παραπληθινός.

*Crux Pio-
rum est.*

*Vel
Epidemica*

*vel
Privata.*

*(a)
Afficiens
Animum.*

*Aut
Privative*

*aut
Positive.*

(b) Corpus.

*Aut
Privative*

*aut
Positive.*

(c) Fortunas.

*§. 12. Dictum denique hocce nostrum vere dicere valemus ad-
versus omnia mala communissimum remedium & ἀλεξιφάγματον.
FASCICULUS enim VIVENTIUM non tantum respicit donationem
vitæ æternæ, sed etiam simul ex miseria erectionem. O quam va-
ria ac multiplex, immo inenarrabilis est Crux Electorum, qua Imag-
ni Filiū Dei conformantur, non immixto cum Venerando Dn. D.
Dambawero exclamamus ! Illa enim est, si adhuc nervosis ipsius
verbis in Signaculo Electorum positis hic paululum mutatis mihi
uti est licitum, vel Epidemica (nam malis quoque communibus Ele-
cti quandoque involvuntur) at in his anima nostra est colligata in
F. V. vel Privata afficiens (a) Animum, eaque aut Privativa, ut est
desertio divina ex imperceptibilitate sensus ac fructus gratiae. At
hic quoque Anima nostra est colligata in F. V. aut Positiva sensus
tra divinæ, mordax conscientia, militia Christiana, tristitia, dubi-
tatio de certitudine Salutis ! Diva hic Panacea est, Anima nostra
est colligata in F. V. (b) Corpus, iterum vel privative, deformitas
corporis, mutilatio membrorum, sensuum impedimenta ! Vel po-
sitive, morbi, dolores, labores, mors. Exoptatum in his æstibus
est umbraculum ; Anima nostra est colligata in F. V. (c) Fortunas,
rursus privative jactura bonorum, paupertas, fames, siti, exilium,
defectus Amicorum, Fautorum, Incommoditas, spei frustratio.
Obitus nostrorum ! Positive tormenta ex Amicis, cognatis, actio-
nibus forensibus, calumniis, contumeliis, temerariis judiciorum
censuris, suspicionibus, damnationibus, & accusationibus iniquis !
Sed Anima nostra hic iterum est colligata in F. V. quod Christiano-
rum sumnum solatium. FAXIT DEUS TER OPT. MAX. ut
non tantum in hac regione morientium hoc ipso noviter ingresso,
sed & multis subsequentibus Annis in Fasciculo Viventium colligati
vivamus, inque regione Viventium conservati permaneamus
apud Dominum DEUM nostrum in omnem
eternitatem !*

94 A 7376

ULB Halle
003 263 55X

3



Retro

V017

Thi. 50.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



צְרוּר הַחַיִם

SIVE

FASCICULUS VIVENTIUM,

I. SAM. XXV. v. 29.

QUEM

DEO VIVO ANNUENTE,
PRAESIDE

DN. D. SEBASTIANO SCHMIDIO,
PROFESS. THEOL. CELEBERRIMO,
PATRONO AC PRAECEPTORE
CORDICITUS DEVENERANDO,

IN INCLYTA ARGENTORATENSIMUM ACADEMIA
AD DIEM II. MENSIS JANUARII M. DC. LX.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
M. GOTTFRIDUS STEENBERGER,
SITTAVIA-LUSATUS.

VITEMBERGAE,
RECVSA AB ANDREA HEBERO, MDCC XV.

